



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Nicolaus Tolentin. Conf. 10. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

566 VITÆ SANCTORUM. 10. Sept.
qua vivere me feceras? infelix nimium
vita, qua mori iterum me cogis! Iuvat,
ô juvat iterum mori! Narrat deinde à
morte ad beatas delicias abductum se in-
ter Angelorum & Divorum comitatum,
jam ambrosiam gustasse, jam nectar il-
lud libasse; sed quod opera ejus porrò ter-
ris necessaria dicerentur, ad vitam ite-
rum damnatum esse. Et nimirum ex er-
gastulo suo ad Pontificatum Albigensem
extractus pauperibus patrem, captivis
vindicem se libertatis præbuit. Vatici-
niis insuper clarus, Regiis ædibus quan-
doque nudum gladium imminere con-
spexit, qui geminos Regios filios intra
viceßimum diem sustulit. Quòd tamen
mortuum se crederet, quamdiu vivebat,
sui funeris ipse vates & vespillo tumultu
se composuit, & bis victor cælo subiit,
via utique, quam nuper iverat, minime
jam ignarus. Ex Greg. Turon.

*Hunc sequamur, huic imilitibus, cui con-
junctus nunquam disjungitur miles, qui
militantibus sibi gloriam vitæ ternæ, hono-
rem regni cælestis & divitias hæreditatis
sue & divinæ cognitionis consortium pe-
renne largitur. S. Paul. in Epist. 36.*

S. NICOLAUS TOLENTIN. CONF.
10. Septembris.

Septennis NICOLAUS solenne dein-
ceps habuit tres in hebdomade dies,
inter-

10. Sept. VITÆ SANCTORUM. 567
interque eos illum etiam, quem *Virgin*
dicamus, pane cibario & fontanâ victi-
tare. In Canonicorum deinde Colle-
gium ascitus, cum illa pro concione
D. Joannis audisset (*Nolite diligere mun-
dum, neque ea quæ in mundo sunt*) quasi
uni illi dictum esset, extemplo ad eos
Anachoretas abiit, qui D. Augustinum
æmulantur. Ibi facile ostendit, quàm
mundum mundi que omnia odisset. Sa-
cerdos ubi primum litare cœpit, è pia-
cularibus flammis umbra adfuit, abdu-
xitque ad immania tormentorum erga-
stula. Ibi simul hæc, simul sociæ um-
bræ omnes patronum sibi NICOLAUM
legerunt; pro quibus cum ille ad aram a-
liquoties dixisset, partem longè maxi-
mam à suppliciis absolvit. Sub hæc cum
eum è cognatis unus aliquis à Religionis
amore abducere & mundo iterum concî-
liare pessimè conciliatus adniteretur,
surdum scilicet reperit. At faciles aures
invenerunt è cælo vates, qui obiturum
feliciter NICOLAUM Tolentini cecine-
runt. Eo enim ocyus abiit, stellâ duce,
quæ ibi demum constitit, ubi tumulatus
postea fuit. Morituro jam jam Christus
cum Matre & D. Augustino obvius ve-
nit, cum sex ante mortem mensibus
quotidie sub noctem Angelorum con-
centus audisset, manifesto indicio, quàm
non longè à cælo abesset. *Ex Strio.*

Vis scire quales Dominus quærat ornatus?

Nn 4

Habe-

568 VITÆ SANCTORUM. 10. Sept.
Habeto Brudentiam, Iustitiam, Temperantiam, Fortitudinem; his cæli plagis includere; hæc te quadriga velut aurigam Christi ad metam concita ferat: nihil hoc monili pretiosius. S. Hieron. ep. 2.

SS. MENODORA, METRODORA,
NYMPHODORA. VV. MM.
10. Septembris.

I Terum Virginis Martyres aspicias, hoc est, rosas & candore & purpurâ suâ nobiles, pulcherrima virtutis mixturâ MENODORA est, METRODORA & NYMPHODORA sorores & è Bithyniâ oriundæ. Hæ quò securior sive ab aperta vi, sive proditione pudor foret, collem omnes desertum infederunt, munimentum virtutis ingens & propugnaculum. Solæ tamen, etsi maximè volebant, minimè potuerunt esse: virtus enim, ut ferè fit hospites, ex omni loco excivit, & fuere crebra miracula ad convocandam multitudinem turbæ instar. Sed uti inter spectatores alios admiratores castitas, ita alios hostes habet. Inter hos infestissimum Frotonem vidisses omnibus machinis oppugnare virginitatis castrum. At huic animus etiam crevit in pugnâ, auditaque inter omnia tormenta una eademque omnium vox velut tessera pugnantium: *Agnosces Christe sponsas tuas coram Patre, quem coram hominibus neque*